Dyssanni oleũ mes et Serap ubi de alkali 39
ca°. 2ᵉ petice
Omapis oleũ mes sz antid. Nicol'
Compunsciũ oleũ mes sa ptla pete
Scorpionũ oleũ almi 9° de lap. de dion an
tid' de medicats urine mes sz atid alkab
a°. tr° de egritu^bus^ renũ
Seminati oleũ alkab 39 ca°. 2ᵉ petice
Sorncas oleũ avic. jo. 9. Serapio 27 atid'
matici 6° de Socatica
Violatũ oleũ mes sz antid alm 20 3 alkab
39 2ᵉ petice Nicol' ⌈ junctura
Nepptalionis oleũ avic 22 3 in junctionibus
Vulpiũ oleũ mes sz antid. avic. 22 3 in
embrocationibus juncturarum

Tractatus de causa salsedinis aquarum et modo conficiendi sal artificiale consideratione Reverendi magistri Jacobi doctoris medicine de Dondis civis Paduani

Cum emulos et invidos
detractatores operis per me
divina gratia inventi mo
di videlicet conficiendi sal
ex aquis et fontibus
calidis paduanis nuper
rime prime inventi anno nativitatis xpi
1372 rogante domino Karulo Romanorum
rege et devantibus in padua nobilibus
et magnificis dominis de Karrara.
Ergo hunc tractatulum compilare in X di
visum capitula
Capitulum primum distinguit diversas species
immixtionis liquorum et maxime in humido salso
Capitulum 2m. Quomodo contingit salsedo in terra aqua
et quot modis
Capitulum 3m. Quomodo elicitur sal ex istis aquis salsa
Capitulum 4m. ad probandum contra detractores con
tendentes cum sal minime ex aquis naturaliter
calidis pro suprascripto factum placabilius
et salubrius omni sale
Secundum Aristotelem 4° methaurorum omnium
quodque elementum in uno quoque existit
potentia. In aqua quoque que est aut
potabilis a qua aufertur sapor est diversas
notare species ut ex 2° 4° anime notat
phus. Impotabilis vero fluviorum sive vel fontium vel
aliter quoquomodo duc species denotantur aquis
a se subtili et existit grossa secundum maius
apparet oneratorum magis aque. Adheret enim
vasi quod aliquid terreum et residet in fun
do secundum manifestius apparet in vase dependentis
tima aquis que continuum usum decoctionis
aque in eo adheret parietibus et fundo
species aque terra lapidata. Et io avic.
la primi de decoctione aque purificant camisa
riens cuius spissum descenderet inferius vero
aque aliquo sapore ut amarum acetosa
aliste et salse vel alia saporosa aliquantulum
res terreum ad mixtione habe
bunt adhuc plures diversas species virtus
in aqua salsa quam de qua est intentio.
habet enim species prius dictas duas que
sunt impotabiles aqua agamus et terrestre.
Et ultra hec terra salsuginosa que media
inter aquam et terrestre. Secundum prius magis
notari sal in ea ruptu proprias cum terrestre
videtur lapideum quoddam quod in igne proprias
cum aqueo salse facili abhumidi in aqua
dissolvitur. Sunt etiam alia aque salse
et ultra hec calide naturaliter tertiam deinde Arist.
2° methaurorum. Sunt etiam salsa verum
maxima fluviorum que fontium plurima que
calida aliqui putant oz in qui bus aquis

possit & notari specie videlicet quod propter sulfur aqua terrestris et salsa. et quod aliquis sulfureitatem quam acquisivit aqua calida ex transitu eius per venas sulfureas calidas ut apparet ex problemati Aristotelis

Capitulum xxi quo causatur salsedo in aqua. Et quot modis

Salsedo in aqua provenit quandoque propter admixtionem aut salis aut alicuius adusti. Propter admixtionem salis fit aqua salsa. Transiens enim per minera salis liquefaciendo ducit secum substantiam salis multam ut in Carinthia et Burgundia et in Lombardia circa Parmam et Placentiam. Fit etiam aqua salsa propter admixtionem alicuius partis adustae ut dicit Aristoteles secundo Metheaurorum. Et ideo dicit ipse primi dicentis quod salsuginis causa est ut aquosa humiditas terrae partes adustas miscentur, quod adustum erit ad deforme adiunctis sicut fit lexivium salsum admixtione cineris cum aqua. et hoc modo faciunt alchimistae sal alcali ex aqua cineris alkali et similiter aqua infusionis calcis. Propter adustionem eius fit salsa. aut etiam talis adustum in ipso humido causatum sicut fiunt superfluitates animalium salsae. Propter multa [illegible] calidi naturalis. Sicut sunt superfluitates grossae primae digestionis salsae et etiam urina superfluum secundae digestionis magis salsa propter ampliorem [illegible] Ex ipsa vero faciunt alchimistae sal. Sed sudor superfluum tertiae digestionis adhuc plus habet salsedinis quam aliae superfluitates magis visibiles. Salis nec causa ut ex dictis Aristotelis secundo Metheaurorum elici potest. Fit salsedo in aqua maris ex multa vi adurente caloris solis in meridionalibus maris partibus elevatur ex aqua subtile exhalatio et vapor aqueus et remanet in superficie aquae partes terrestres adustae quae propter pondus non possunt elevari. descendunt et admiscentur aquae quare fit salsa. Et haec causa in Ethiopia et in multis partibus meridionalibus Affricae difficile est habere potabiles aquas. Sunt non ibi multi lacus et flumina non solum salsa sed etiam amara ut scribunt auctores. Quod accidit adustione solis. Et similiter aquae naturaliter calidae fiunt salsae. propter enim multum et quod sunt ferventes partes aquae grossae in aqua existentes aduruntur quae mixtae cum aqua faciunt ipsam salsam et ideo dicit Aristoteles in problemati quod plurimae aquae fluviorum vel fontium quae sunt salsae calidae sunt vel fuerint. Sed non solum aquae naturaliter calidae fiunt salsae. propter fuerunt naturaliter aquae sed etiam aquae potabiles frigidae propter accidentalem calorem ignis multum et longo tempore bulliunt salsescunt quod faciliter quilibet potest experiri

Capitulum xxii de modo eliciendi sal ex aliqua aqua salsa

Visa quando aquae multotiens fiant salsae videndum est quot modis sal haberi possit. Advertendum quod quoddam sal quod est minerale aut artificiale fit ut dicit Serapio auctor salis et Dyascorides et Avicenna secundo canonis capitulo de sale. Minerale in aliquibus partibus foditur in modum lapidum ut dicit Solinus in 14 tractatu in Sicilia fieri et ex testatu in Affrica faciunt domos ex salinis et in pluribus locis Persiae sicut etiam Turci supportant in lapides salis in civitatibus vendendo ut mercatores referunt qui viderunt et similiter foditur sal in aliquibus locis Ungariae et alibi similiter. Sal vero artificiale omne fit ex aquis salsa substantia quibus eius sunt. aut maris aut transeuntes per minerias salis aut sunt aquae naturaliter calidae ut superius capitulo dictum est. Naturaliter ergo omne sal artificiale fit calore evaporante faciente substantiam aqueam relinquendo salsam. Unde Serapio capitulo salis auctor salis dicit. et sal quod est ex mari et sal quod generatur in multis locis fit per desiccationem donec coaguletur. et fiat sal. Ex aqua enim maris coagulatur sal calore solis tempore solum modo estivali caliditatis et similiter in multis. De terra non aqua solis estu in quibusdam locis tandem sic congelatur in locis adhoc specialiter ordinatis resoluta aquea substantia remanentibus salsuginosa salsa et terrea substantia simul mixtis per eius distinctis et hoc est sal ex aqua maris quod colligunt et conservant illuc et alibi. Sed ex aquis salsis propter mineras salis per aquas transeunt ut superius dictum est congelatur et fit sal quolibet tempore sed cum calore ignis in vasis ferreis adhoc specialiter ordinatis resoluta enim substantia aquea calore ignis remanet salsa substantia et terrea quae similiter congelatur in formam salis. et hoc modo fit sal in pluribus partibus mundi ut in Carinthia / in Burgundia et in aliquibus partibus Lombardiae sicut in Placentino districtu et Parmensi. Ex aqua enim puteali salsa ad ignem posita resoluta aquea remanet in vasis ferreis sal ut dictum est cum substantia terrestri mixtum. Addit insuper Sermo? in congelatione salis similiter de sanguine animalium corrupto ad hoc quod sal citius melius congeletur et in maiori quantitate. Ex aquis autem naturaliter calidis congelabitur etiam sal. sed aliter modo sicut per me inventum. non calore solis ut fit ex aqua maris nec calore ignis ut fit ex aquis putealibus salsis. sed calore ipsius aquae naturaliter bullientis apposita in aqua in vasis adhoc ordinatis. congelabitur sal hoc modo. Sunt non adhuc opus duplicia vasa / decoctionis primum / et secundum congelationis. In vase decoctionis primo apposita aqua virtute caloris aquae bullientis circa quam unus separatur primo substantia sulfurea modica cum exitus exhalationis videlicet sicca fumosa. ignea non exiens talis specialiter cum =

nescit. Secundo separatur maxima pars aque sotie
subtilior videlicet in vaporem aqueum. Tercio
vero remanet aqua sic decocta et purifi
cata a substantia sulfurea et partim alba
quasi ponitur 2o in vase congelacionis la
to valde existente in quo separatur prima pars
aquea grossa que non est evaporata licet
primo in vase decoctionis et substantia salsa
separata a terrestri congellatur in superficie
vasis. Quarta vero substantia scilicet terrestris
residet in fundo vasis congelacionis in
modum lapidis a sale totaliter separata.
Dic ergo breviter resumendo quod in sale ex a
qua maris facto calore solis una sola
substantia scilicet aquea separatur vaporata. remanentibus
salsa et terrestri simul mixtis. Et similiter
fit in sale et ex aquis naturalibus facto
calore ignis remanet enim salsum mixtum cum
terrestri evaporata aquea. Sed in sale ex
aquis naturaliter calidis facto modo predicto
separantur manifeste 4 prime dicte substantie ut
predictum est nulla simul permanente mixta
Capitulum 9m ad probandum propositum ostendens salem
nostrum scilicet paduanum puriorem et meliorem omni sale
Predictis non contradicentibus veritatem
apparet salem nostrum ex aquis naturaliter
calidis modo supradicto factum esse
placabilius naturalius et propriis sanius
omni sale eo quod ab omni malicia separa
tum ut apparuit ex capitulo precedenti. Dicunt tamen ibi
aliqui quod sales salinarum terrarum videlicet
licet et Salsonis simul inseparatas habere. Sed dicunt
quidam contra nostrum quod contingit utimur sale nostro pro
aliquam unum efficitur mali pectoris et pertinaciter
sicut eo quod in tali sale sit sulfureitas.
Hoc autem ex dictis in precedenti capitulo manifestum est ondere
esse falsum quia primum quod resolvitur in decoctione
ipsius aque est substantia eius sulfurea que in ma
dicta valde existit sed manifestat odor
ipsius aque. Si ut huius sulfuris sali
nostro penitus nichil sulfuris adheret tamen etiam
si ipsius pectoris suspiciones ubi manifestius
sentitur. Concesso dato quod in sale ipso aliquid
sulfureum permanet adhuc falsum est quod di
cunt pectori nocivum esse. Non enim ledit sul
fur pectus sed potius dilatat ipsum et mun
dat ut scribunt auctores Serapion autem et
alii in capitulis de sulfure et eo amplius
pectoris medicine ut autem Serapion Mesue et
alii ex ipso sulfure componunt electuaria
dyasulfur utilissimum pectori. Dicunt 2o
aliqui contra nostrum veritatem videlicet quod utentes sa
le nostro incurrunt morbum lapidis cum amplius
eo quod ipso multa terrestritas existat. Hoc autem
manifeste apparet falsum considerato modo
congelacionis superius in capitulo scriptoris ipsius
salis. Ibi enim dictum est quod in congelacione ipsius sal
nostri separatur manifestissime salsa substantia a terre
stri sua terra quam dicunt nostro terrestri in sale
nostro esse salsum sed manifeste apparet in
fundo terrestritate lapidata in fundo vasis
congelacionis cum qua nichil aque sal adheret. Sed hac

[margin: r adeo me... stone]

intencione scilicet tractatus quam imponunt sali
nostro. Iustius et verius imponere deberent
aliis salibus verbigracia Clugiensi
quia in sale calore solis et similibus facto
substantia salsa a terrestri quam nullatenus separatur
ut habetur in precedenti capitulo. Hoc autem experiencia satis
denotabit quod cuius sal clugiense vel
simile resolvunt in aqua remanet enim in
fundo vasis residentes partes terree
penitus existentes admixte sali eo quod in
eius congelacione non fuerant separate sed
in nostro sale soluto collecto nullatenus
apparebunt. Sed quod plus quam predicta valet
est experiencia iuxta dictum Galieni 2o ali
mentorum dicentis: Ego enim quem plurimum
ad eum longa experiencia fit magistra
veritatis. Ego vero cum tota familia mea
plus quam 3 annis continue usi non alio sa
le et in qualibet cibacione salis sumus
sani dei gracia conservati cui laudes
infinite referantur.
Explicit tractatus de modo salsedinis et salis

Tractatus de motu accessionis et recessionis aque maris et augmenti et decrementi et aliarum diversitatum motuum eius compositus per magistrum Jacobum doctorem medicine Paduanum civem

Prohemium

[N]ecessarium (?) Aristoteles in primo metheororum dicens quod sit in materia sensibili putamus sufficienter demonstrasse secundum rationem si ea ad possibile reduxerimus. Intendens ergo aliqua de variis motibus accessionis et recessionis aque maris tractare adducam ad hec aliquas possibiles rationes. Et quia secundum Galienum [illegible] de creaturis [illegible] bonum pulcrum et hoc quod unius ordini adheret et vicinum uni non est nisi desursum. Ideo ad superiora corpora meam considerationem adduxi. Est etiam apparens per Aristotelem in primo metheororum dicentem quod iste inferior mundus continuus sit superioribus lationibus ut omnis eius motus gubernetur inde. Et Albumasar dicit in introductorio cum primus sit motus primi circularis et fiens in superioribus et vir[tus] solum modo secundum circularem perfectus in inferioribus non reperitur sed qui est maxime de motu et revolucione sive alteratione que existit in generabilibus et corruptibilibus cum [illegible] extra regularem a superiori circulari perfecto motus igitur aque maris gubernabitur a lationibus id est ab astris superioribus. Principaliora vero maiora et potenciora in motibus inferiorum sunt Sol et luna. Sol quia secundum veritatem maior est omnibus astris et terra. Est enim secundum Ptolomeum maior ea 166 et plus. Est etiam eius potencia manifestior. Et ideo videmus vegetabilia imitari motum eius in ortu suo sicut arbores, arbusta, holera et flores maxime flexibiliores. Exinde luna etiam que et si secundum veritatem sit minor omnibus astris preter Mercurium et minor etiam terra est tamen propinquitate sua in aspectu nostro equalis Soli, quod manifeste apparet per eclipses solares. Si enim appareret minor Sole numquam eum totaliter eclipsaret. Est etiam potencior reliquis astris in motibus inferiorum propter propinquitatem suam et velocitatem motus et maxime in motibus humidorum. Principaliter enim gubernatrix aquarum et ideo dicitur [illegible] decem [illegible]. Est enim luna ut alius Sol minor propter quod confert in omnes generationes et perfectiones. Motuum ergo superiorum maxime Solis et lune variantes motus et sit diversas [illegible] et motuum diversorum in hac inferiori mundo et specialiter aque maris.

[T]ractatum compositum [illegible] in quinque divisum capitula.

Primum capitulum continet diversitates apparentes in motibus aquarum maris in 6 propositionibus declaratis.

Secundum capitulum continet 4 suppositiones principaliter tendentes ad declarationem premissarum propositionum.

Tertium capitulum inducit causas passionum in diversis motibus aque maris.

Quartum capitulum excusat [illegible] in motibus aque maris non consuetos [illegible] ordo.

Capitulum primum de diversitatibus apparentibus in aque maris.

[H]abet aqua maris motum accessionis et incrementi omni die scilicet et scilicet de nocte. Similiter motum recessionis et decrementi scilicet de die et de nocte scilicet. **Propositio prima**

Incipit accessio et incrementum aque maris non eadem hora diei vel noctis semper sed diversis horis. Similiter et recessio. **2a propositio**

Est aliquod tempus in quo tam aque accessio et incrementum quam etiam recessio et decrementum inordinate procedunt. **3a propositio**

Fiunt aliquando maximi aquarum cursus aliquando minimi et aliquando medio modo se habent. **4a propositio**

Unde fiunt maxima decrementa aquarum quandoque vero minima. Similiter fiunt aliquando maxima incrementa aliquando vero minima, numquam vero medio modo se habent. **5a propositio**

Incrementa et augmenta aquarum inter se fiunt aliquando maiora. **6a propositio**

Capitulum secundum de hiis que presupponuntur ad declarationem prescriptarum propositionum de diversis motibus aque maris.

[S]olis et lune **Prima suppositio** motus per diversas celi partes motu videlicet firmamenti existit causa motus accessionis et recessionis aque maris.

Dies naturalis dividitur in 4 quartas **2a suppositio** quarum due diurne, due vero nocturne existunt.

Prima est diei que est ab ortu **3a suppositio** ad meridiem dicta est accessionis diurne quoniam in ipsa fuerint tam Sol quam luna accessionem aque causabunt. Secunda vero est diei que est a meridie usque ad occasum dicta est recessionis diurne eo quod cum Sol vel luna fuerint in ipsa causabunt recessum aque. Similiter tertia noctis que est ab occasu usque ad mediam noctem dicta est accessionis nocturne. Et que est a media nocte usque ad ortum dicta est recessionis nocturne scilicet causa ut iam dictum est.

In die naturali sunt 4 puncta in **4a suppositio** quibus maior existit virtus in movendo aquas. Earum due sunt maiores virtutes in causando accessum aque puncta videlicet orientis et [illegible] accidentis et secundo sunt minores virtutes in causando recessum aque puncta scilicet meridiei et medie noctis.

Sunt similiter in die naturali 4 puncta **5a suppositio** maioris virtutis duo quidem in causando accessum aque puncta scilicet [illegible] punctum orientis et punctum meridiei et punctum [illegible] medie noctis. Duo vero in causando recessum aque puncta videlicet [illegible]

diem et occidens et punctum istud inter mediam noctem et oriens
Reliqua omnia puncta celi absque supradictis quatuor sunt tanto minoris virtutis in causando accessum vel recessum aque quanto fuerint propinquiora punctis maioris virtutis et tanto debiliora quanto punctis debilioris virtutis propinquiora existerint
Puncta quidem equalis distancia a quatuor supradictis principalibus punctis que sunt oriens occidens meridies et media nox equalis existunt virtutis in movendo aquas maris
Hec autem omnia prescripta declarat figura

Meridies
Oriens
Occidens
Media nox
Media pars celi que est dies continens duas quartas
Media pars celi que dicitur nox continens duas quartas
Quarta accessionis diurne
Quarta recessionis diurne
Quarta accessionis nocturne
Quarta recessionis nocturne
Punctum maioris accessionis

Capitulum 3m in quo inducuntur cause possibiles diversorum motuum venientium in aqua maris

Primo proponitur duo. Declaratio prime suppositionis
Simplicem et motum aque maris in die naturali contingit accessione videlicet bis
Et recessione similiter bis et causa tam Sol quam luna qui sunt causa tam diversorum motuum aque maris ut exprimit suppositione habetur. In die qualibet naturali bis sunt in quatuor accessiones semel videlicet de die et semel de nocte. Recedit aqua duabus vicibus semel in die accedente semel in die et semel in nocte. Cum ergo ex 3a suppositione hoc patet. Apparet ergo aqua inter diem et noctem quater moveri bis sed de die semel accedens et semel recedens bis etiam de nocte semel similiter accedendo et semel recedendo. Declaratio 2e suppositionis
Probatur quod accessio aque maris non fit eadem hora diei vel noctis similiter et recessio. Dicebatur etiam in tertia propositione quod aliquo tempore accessio aque et similiter recessio in ordinate procedit ad eandem denotandum diversorum quando secundum modum diversitatis motuum aque maris in generali ut patet in speciali

clarius ducescat. Dico ergo quod altercationes in motibus aque maris contingentes accidunt principaliter ex virtute Solis et lune corporis respectu ad se invicem. Luna namque aut est coniuncta Soli et tunc incipit accedere aqua oriente Sole et etiam accidit. Et recedere incipit in meridie. Et in medio noctis et sunt tunc maximi cursus aquarum et maxima decrementa et etiam incrementa aquarum. Aut luna erit opposita Soli cum scilicet est in plenilunio rotunda et tunc accedit aqua et recedit isto eodem tempore sicut in coniunctione Solis dictum est. Et sunt similiter maximi cursus aquarum et maxima decrementa maioraque sunt incrementa aquarum quam tempore coniunctionis ut infra dicetur in declaratione 3e propositionis. Aut luna est in quadratura solis scilicet dum est medie luminosa et tunc nullum habet aqua terminatum tempus accessionis vel recessionis et sunt tunc minimi cursus aquarum et minima incrementa et decrementa aquarum et est tunc motus aquarum dictus a Venetis fele. Aut luna erit inter hec loca et tunc incipiet accedere aqua vel recedere cum Sol et luna erunt in punctis equalis virtutis quemadmodum fit in quarto ... appositionis. Erunt etiam cursus aquarum tanto maiores quanto fuerit luna propinquior coniunctioni vel oppositioni Solis. Tantoque minores quanto luna approximavit quadraturis Solis (i. medilunijs) et decrementa et incrementa aquarum tanto minora quanto luna fuerit propinquior quadraturis. Ut autem ea dicta que dicenda clarius intelligantur hanc subiunxi figuram

Inter coniunctionem et oppositionem Sole
Inter oppositionem et quadraturam secundam
Quadratura lune secunda
Coniunctio luminarium
Oppositio luminarium
Quadratura lune prima
Inter quadraturam et coniunctionem prima
Inter quadraturam et oppositionem

Hiis ergo premissis in ulli ad propositum redeundo dico quod motus accessionis et recessionis aque maris non semper eodem eveniunt tempore neque modo. Quod quidem accidit propter diversum aspectum quem habet luna ad Solem ex eius elongatione et appropinquatione ut inferius dicenda patebit. Dictum est enim supra quod aut luna est coniuncta

Soli aut opposita aut est in quadratura aut inter hec loca. Cum si fuit coniuncta que est in conclusione lune tunc ut predictum est incipit accedere aqua oriente Sole et similiter occidente. Incipit vero recedere in puncto meridiei et similiter in puncto medie noctis. Ideo cum incipit tunc accedere aqua in principio diei quia oriente Sole incipit Sol ipse ingredi quartam accessionis diurne. Et luna similiter eo quod sit tunc coniuncta Soli incipit eadem hora ingredi eandem quartam. Cum ergo hee cause sunt motores aque scilicet Sol et luna simul incipiunt eodem puncto et hora scilicet orto Sole incipiunt ingredi quartam accessionis. Ergo tunc incipiat accessio diurna in principio diei oriente Sole. Similiter accessio aque nocturna incipiet tunc occidente Sole scilicet in principio noctis simili de causa tunc quia eadem hora et puncto scilicet occidente Sole Sol et luna simul incipiunt ingredi quartam accessionis nocturne quare necesse est tunc incipere motum accessionis nocturne. Sed principium recessionis diurne erit tunc Sole existente in puncto meridiei luna enim simul cum Sole eadem hora tunc incipit ingredi quartam recessionis diurne quare et tunc est principium recessionis eius. Soli principium recessionis nocturne erit tunc in principio medie noctis quia tunc enim Sol et luna simul eadem hora incipiunt ingredi quartam recessionis nocturne quare tunc erit principium recessionis nocturne. Sed si luna fuerit opposita Soli scilicet in plenilunio tunc iterum eadem hora fit accessionis et recessionis principium sicut in coniunctione cum dictum est. Est enim principium accessionis diurne in principio diei oriente Sole quia tunc incipit Sol ingredi quartam accessionis diurne luna similiter quia tunc est opposita Soli eadem hora incipit ingredi quartam accessionis nocturne oriente ergo tunc Sole et occidente luna erit principium accessionis diurne. Et accessio nocturna aque incipit tunc occidente Sole in principio noctis quando Sol ingreditur quartam accessionis nocturne quia opposita est Soli quare occidente tunc Sole incipiet accessus aque nocturnus et luna eadem hora ingreditur quartam accessionis diurne quia opposita est Soli quare occidente tunc Sole incipiet accessus aque nocturnus. Sed principium recessionis diurne fit in meridie quia tunc Sol ingreditur quartam recessionis diurne et luna eadem hora quartam recessionis nocturne. Rationabile est tunc fieri diurnum principium recessionis aque. Soli erit principium recessionis nocturne in puncto medie noctis quoniam tunc Sol incipit ingredi quartam recessionis nocturne et luna eadem hora incipit ingredi quartam recessionis diurne erit ergo tunc in puncto medie noctis principium nocturne recessionis. Ex dictis ergo apparet quare incipiat aliquando accedere aqua in principio diei vel in principio noctis. Et quare aliquando incipiat recedere in meridie vel in medio noctis apparet causa quando hoc accidat. quia semel dum luna est coniuncta Soli et semel dum est ei opposita scilicet in plenilunio

Ex hiis apparebit ratio quare dicit Veneticus de Asculo. Et declaratio tertie propositionis

occidente

Quod si luna fuerit in quadratura scilicet dum est medie luminosa quo ad nos tunc aqua maris non habebit statum principium accessionis neque recessionis. Sed diversimode et inordinate aliquando accedet aliquando recedet tempus aut variationis aque causa huius est quia Sol et luna videlicet tunc fuerint in movendo aquam sibi invicem equaliter contradicunt. Ad hunc ergo intellectum notandum est quod luna in equali luminatione huius est in quadratura duplex. Uno quidem crescente luna scilicet videlicet post coniunctionem Solis elongatur aliquo per quartam partem celi quod est per 7 dies. Secundo est luna cum Sole in quadratura post plenilunium decrescente luna quando se appropinquat Soli per quartam partem celi quod est circa 22 dies lune et in hiis duobus locis est luna medie luminosa quo ad nos que etiam in figura propter hoc causam manifestius apparet. Cum si luna fuerit in prima quadratura scilicet que est crescendi ipsa tunc sequitur Solem. Posito ergo Sole in oriente quod est principium accessionis diurne luna quia tunc elongatur a Sole per quartam partem celi erit ita in puncto medie noctis ubi est principium recessionis nocturne. Quia ergo operationes harum duarum stellarum sunt contrarie Sol debet quia intrat quartam accessionis diurne causabit accessum aque luna vero quia ingreditur quartam recessionis nocturne causabit contradictum recessum aque. Quare tunc aqua non certitudinaliter accedet neque certitudinaliter recedet sicut supra dictum est. Eodem modo accidet si fuerit Sol in quocumque aliorum punctorum quia semper erit tunc luna in puncto virtutis opposite loco Solis. Quoniam si fuerit Sol in puncto meridiei erit tunc luna in puncto orientis. Et si fuerit in puncto occidentis Sol erit luna tunc in puncto meridiei. Et si fuerit in puncto medie noctis Sol erit luna tunc in puncto occidentis quarum omnium punctorum operationes contrarie sunt ut ex suppositione habetur. Eodem modo accidet posito Sole in quacumque parte celi quia semper tunc luna erit in puncto virtutis contrarie. Si vero luna fuerit in quadratura Solis decrescente idem iterum erit iudicium. Erunt enim tunc similiter in quacumque parte celi fuerint Sol et luna in punctis contrarie virtutis. Ut si fuerit tunc Sol in puncto orientis quia luna tunc antecedit Solem ipsa erit in puncto meridiei quorum punctorum operationes sunt contrarie ut supra dictum est. Cum si fuerit in puncto meridiei et tunc luna in puncto occidentis. Et si fuerit in puncto occidentis et tunc luna in puncto medie noctis quorum omnium punctorum. Et si fuerit in puncto medie noctis erit luna tunc in puncto orientis quorum omnium punctorum operationes sunt directe contrarie ut iam apparuit. Apparet ergo quod dum Sol et luna elongantur ab invicem per quartam partem celi in motibus sibi contrarie contradicunt quoniam dum Sol vult causare accessum aque luna similiter vult eadem hora causare recessum quare inordinate tunc aqua et accedit et recedit quoniam non certo tempore neque certo modo ut in aliis propositionibus sunt circa tunc summa in motu aquarum

et soli decrementa minimique erunt aquarum
eius quod infra indeclaratur et ex hoc forme
clarius apparebit. Hanc vero dispositionem
aquarum vocant marinarii Veneti sele
quod sedere quia tunc aqua que fecit in
crescendo modicum crescit parumque decessat
tam etiam in crescendo quam in decrescendo
modicum causat cursum. Et si luna non
fuerit in predictis locis videlicet quod non fu
erit coniuncta Soli neque opposita neque
quadratura cum Sole sed fuerit in reliquis
locis absque tunc predicta accessio vel recessio
aque tamen diversificabitur in hoc quod quanto videlicet
luna elongata fuerit a coniunctione vel oppositione
Solis. Erunt tamen talia principia aquarum quod
Sol et luna fuerint in punctis celi que sunt
equalis virtutis. Ita tamen quod sit in contrario
[illegible] ut si Sol fuerit in aliquo loco [illegible]
accessionis luna sit in loco equalis virtutis
in [illegible] recessionis recessionis vel [illegible]
Puncta vero equalis virtutis dicuntur loca equ
distancia ab aliquo predictorum punctorum que sunt oriens
4 punctorum occidens meridies et media nox ut ex
[illegible] suppositione habetur. Si ergo luna fuerit inter hec
loca aut erit inter coniunctionem et quadraturam
primam aut inter quadraturam primam et oppositionem
lune aut inter oppositionem et quadraturam secundam
aut inter quadraturam secundam et coniunctionem lune.
Et si fuerit inter coniunctionem et quadraturam primam
tunc luna sequitur Solem in ortu suo et erit
tunc principium accessionis diurne videlicet orient
de die post ortum Solis tercia hora tunc vel ante
quam Sol erit tantum sub orizonta a parte
orientis quantum luna fuerit sub ipso orizonta ori
entali. Sunt enim tunc Sol et luna in punctis
equalis virtutis ut ex [illegible] suppositione habetur patet.
Principium vero accessionis nocturne sive occi
dentis erit de nocte post Solis occasum quando videlicet
Sol tantum fuerit sub orizonta a parte occidentis
quantum luna fuerit super ipsum. Sed principium recessionis
diurne erit post meridiem quando Sol tantum
fuerit post punctum meridiei quantum luna fuerit
ante ipsum. Et si luna fuerit principium vero
recessionis nocturne erit post mediam noctem
quando Sol tantum fuerit post punctum medie noc
tis quantum luna fuerit ante ipsum. Et si luna fu
erit inter quadraturam primam et oppositionem eius
adhuc sequitur luna Solem in ortu suo et
tunc erit principium accessionis diurne a parte
occidentis post meridiem an sero circa ves
peras vel post ortum videlicet Sol tantum
fuerit super orizonta a parte occidentis quantum
luna fuerit super orizonta a parte orientis que
sunt loca equalis virtutis ut ex [illegible] suppositione
habetur. Principium vero accessionis nocturne a parte
orientis erit ante diem tempore matutinali vel post
quando Sol tantum erit sub orizonta a parte ori
entis quantum luna fuerit sub orizonta a parte
occidentis. Sed principium recessionis diurne erit
ante meridiem quando Sol erit ante punctum meri
diei tantum quantum luna erit post punctum medie
noctis. Principium vero recessionis nocturne erit ante
media nocte quando Sol tantum fuerit ante punctum
medie noctis quantum luna fuerit post punctum meri
diei que sunt puncta equalis virtutis ut ex [illegible]
suppositione habetur patet. Et si luna fuerit inter oppositionem
Solis et quadraturam secundam tunc luna an
tecedit Solem in ortu suo et erit tunc principium
tam accessionis quam recessionis eisdem horis
sicut quando luna fuerit inter coniunctionem et quadraturam
primam sicut prescriptum est. Nam principium accessionis
diurne orientalis erit tunc de mane et
tercia vel ante quando Sol tantum erit super orizonta
a parte orientis quantum luna super orizonta a parte
occidentis. Principium autem accessionis noc
turne occidentalis erit de sero quando Sol tantum fu
erit post meridiem quantum luna fuerit ante me
diam noctem. Principium vero recessionis nocturne
erit tunc post mediam noctem quando Sol
tantum fuerit post medium noctis tantum quantum luna
fuerit ante meridiem. Et verum si luna fuerit in
ter quadraturam secundam et coniunctionem Solis tunc
etiam luna antecedit Solem in ortu suo et
erit tunc principium accessionis et recessionis
eisdem horis sicut quando fuerit inter quadraturam
primam et oppositionem Solis. Nam principium accessionis
diurne erit a parte orientis post meridiem
circa vesperas vel post ortum quando Sol tantum erit
super orizonta a parte orientis quantum luna fu
erit sub orizonta ab eadem parte. Principium
vero accessionis nocturne erit a parte ori
entis ante diem circa matutinum vel post
quando Sol tantum fuerit sub orizonta orientali
quantum luna fuerit super eundem orizonta orientalem.
Sed principium recessionis diurne erit ante meridiem
quando videlicet luna tantum erit post punctum meridiei
quantum Sol erit ante eundem punctum. Ex dictis
apparet declaracio secunde propositionis dicentis et principium
recessionis nocturne erit ante mediam noctem
quando scilicet luna tantum erit post punctum medie
noctis quantum Sol erit ante ipsum punctum.
Ex dictis apparet declaracio secunde propositionis dicentis
etiam quod accessio aque et recessio non semper
fiunt eisdem horis. Nam principium accessionis
aut erit in principio diei aut in principio noctis
et quandoque accidit luna existente coniuncta vel
opposita Soli vel erit ante diem vel circa
diem matutinis horis aut de die usque
ad terciam vel circa vel erit ante sero a vesperis
versus sero aut post sero usque ad gallicinium
vel circa. Quandoque accidit quando luna fuerit in
coniunctione vel oppositione Solis et aliter ex quadra
turis lune. Et principium recessionis erit circa in me
ridie circa in medio noctis cum erit luna exi
stente coniuncta vel opposita Soli aut erit
ante meridiem vel post aut ante mediam noc
tis vel post quando scilicet luna fuerit inter coniunctionem
vel oppositionem et circa ex quadraturis.
Apparet etiam quod aliquando aqua maris non habet tantam
principium neque ordine accessionis vel recessionis
dum accidit luna existente in quadratura cum Sole
scilicet quando videtur nobis medie luminosa ex quo
apparuit declaracio secunde propositionis. Et notandum quod ex dictis
comprehendi potest cum dicitur accessio aque fit prospectu

sub orizonta a parte occidentis
quod luna sub orizonta a parte
orientis. Sed principium recessionis
diurne erit post meridiem
quando Sol tantum fuerit post

adorizonta a parte orientis vel occidentis et
eius recessio fit per respectum ad punctum medii
vel medie noctis. Respondeo etiam quod que dicta
sunt veritatem habent maxime in orizonta nostro
in quibus vero aliquo tempore aliquid fallunt
ut inferius apparebit. **De declaratione 2e conclusionis**
Cursuum aquarum sunt aliqui maximi
aliqui minimi et aliqui mediocres.
Sunt autem maximi quando luna fuerit co-
niuncta Soli vel quando fuerit opposita ei scilicet in plenilu-
nio et in coniunctione. Hoc evenit quia tunc eodem tempore sunt
simul iuncte ambe virtutes causantes motum aque, Sol
videlicet et luna ut supra apparuit in declaratione 2e conclusionis
et primo quare tunc tunc(?) fortius eadem
hora recessum simul causabunt ambo simul et accessum
aque. Eodem etiam modo et causa accidunt ma-
ximi cursus luna existente opposita Soli licet non ambe virtu-
tes moventes aquas scilicet Sol et luna non sint simul
iuncte in quarta celi tunc sunt Sol et
luna in recta et puncto eiusdem circuli cum Sole ut
apparuit in declaratione 2e conclusionis. Adiuvant quod se
invicem Sol et luna una et eadem hora ad eadem
operationem. Cum non Sol causat accessionem aque et luna eadem
hora simul Soli, modo dum Sol recessum causat et
luna eodem tempore idem operatur. Cum ergo due virtutes
una et eadem hora sint simul ad eundem motum
aque causandum, accessionem scilicet vel recessionem,
necesse est tunc fieri maiores aquarum cursus.
Sunt etiam aliqui minimi cursus aquarum quando non scilicet
luna fuerit in aliqua quadratura Solis dum est
medie luminosa nobis; quod ideo evenit quia sicut in con-
iunctione vel oppositione cum Sole due virtutes
eadem hora simul uniuntur ad unam eandem operationem
ut dictum est, sic luna existente in aliqua quadratura
hee due virtutes Solis scilicet et lune eadem hora
sibi contrarie in hiis operationibus contendunt uti
in declaratione 2e conclusionis apparuit ubi ostendebatur
qualiter alterum eveniat aque luna existente in
suis quadraturis cum Sole. Quoniam ergo Sol et luna
tunc eadem hora sibi contrarie in aque motibus contendunt
erunt tunc minimi cursus aquarum. Et ideo accidit in
dispositione aquarum dicta avenetus(?) vocatur. Sunt
etiam aliqui cursus aquarum mediocres, scilicet neque
maximi neque minimi dum scilicet luna fuerit in
quocumque alio loco a Sole ab hiis 3bus locis scilicet
coniunctione, oppositione et quadratura. Quoniam tunc ambe
virtutes Sol et luna in motu aque neque totaliter
iuncte neque totaliter sibi contrarie contendunt. Sunt
tamen tanto maiores cursus quanto luna fuerit
propinquior coniunctioni vel oppositioni Solis et
tanto minores quanto ipsa fuerit propinquior quadrature.
Cursuum decrementa **De declaratione 3e conclusionis**
sunt quoque maxima,
quoque vero minima Soli. Sunt quoque
maxima incrementa aquarum aliqui vero minima
et aliqui mediocria se habent. Decrementa
aquarum maxima et etiam incrementa sunt
luna existente coniuncta Soli vel opposita. Hoc autem
ideo accidit quoniam ut dictum est in precedenti
parte adiuvantibus simul eadem hora Sol et lu-
na sunt maximi cursus aquarum. Cum si
tales cursus sunt recessionis aque necesse
est tunc fieri maxima decrementa a-
quarum. Cum si cursus sunt accessionis aque
erunt tunc maxima incrementa aquarum
et quia eodem tempore quo maximi sunt cursus aquarum

in accedendo sunt similiter maximi in recedendo
ideo quoque sunt maxima decrementa aquarum.
Sunt similiter maxima incrementa. Sunt
etiam aliqua minima incrementa a-
quarum et etiam decrementa quod evenit
cum luna fuerit in aliqua quadraturarum et
causa quia dictum est quadraturis sibi contrarie
tunc Sol et luna. Sunt tunc minimi
cursus aquarum tam in accedendo quam in rece-
dendo. Quare necesse est tunc fieri mini-
ma incrementa aquarum, similiter et de-
crementa. Et quodquidem accidit in dispositione
aquarum dicta avenetus(?) vocatur. Sunt
etiam tam incrementa quam decrementa
aquarum aliqua mediocria et hoc cum luna
fuerit in quocumque aliorum locorum ab hiis 3bus
que dicta sunt scilicet coniunctione, oppositione et qua-
dratura. Due prime scilicet et 2a conclusiones tunc ut
in precedenti parte dictum est cursus aquarum
tam in accedendo quam in recedendo me-
diocres se habent. Quare et incrementa
et decrementa mediocria necesse est fieri.
Incrementa ma- **De declaratione 4e et ultime conclusionis**
xima aquarum sunt aliquando intra se maio-
ra. Dictum est supra in precedenti parte
quod cum luna existente in coniunctione
vel oppositione Solis sunt maxima incrementa
aquarum. Sed non equaliter erunt. Quoniam ma-
iora sunt luna existente opposita Soli in
plenilunio scilicet quam existente corporaliter
coniuncta Soli. Ad cuius quidem intellectum sciendum
quod philosophus de generatione et corruptione corpora
superiora influunt virtutes suas in corporibus
inferioribus per motum et lumen. Quanto ergo
plus habundanter habuerint de lumine ma-
gis operabuntur. Quoniam ergo luna quantum ad propositum
spectat maxime operatur in aquis ut dicunt asse-
runt astrologi operabitur in specie etiam plu-
rimum cum (?) et quia maius lumine
ad nos habet in plenilunio quam aliquo alio
tempore, ideo rationabile est tunc maiora aquarum
incrementa causari quam in coniunctione Solis.
Capitulum 6m In excusatione errorum apparentium in dictis motibus quia scilicet aque maris non semper dicto ordine moventur.
Sciendum quod philosophus primo Metheororum(?)
necesse sunt inquirendi 2m (?)
quoniam ergo materia de qua hic agitur scilicet
aqua levis est mutabilis et alterabilis multis
causis ut apparebit non semper servat debi-
tum ordinem quem sibi servat superceleste cor-
pus maxime perfectissimum existens. Cum non propter tamen
aqua sit omnino etiam imperfecta contingit se-
cundum ipsam a suprascripto motus ordine aliquando
deviare. Contingit tamen et in pluribus debitum or-
dinem observando. Talis autem deviatio et
errorum ab eo quod debitum est evenientes in motibus
aque duplex existit. Alius enim est error in hora
principii motus accessionis vel recessionis aquarum. Alius
est error in modo motus scilicet quod maiores vel mi-
nores cursus debitos habent aque vel maiora
aut minora habent tam incrementa quam etiam decrementa

Incipit liber 28 libri deruiduris (?) bulchasim benchasis abenzahari translatus a magistro Symone Januensi interpretante Abraam iudeo Tortusiensis.

Dixit agregator huius operis. Postquam ego collegi librum huius magni in medicinis compositis, qui est liber magni iuvamenti, quem nominavi librum servitoris et complevi librum ...

... secundum voluntatem meam, et inveni in multis medicinis compositis libri huius medicinas multas simplices, que indigent preparatione ante horam necessitatis magne earum, quemadmodum succos qui trahuntur sine combustione, et medicinas combustas et ablutas, et similiter alias species, et discernere species que bona sunt, et que non bona, et alia secundum hanc formam. Providi ergo aggregare de quo necesse est in hoc ad rememorationem meam, et ordinavi librum hunc in tres tractatus. Primus eorum est de preparatione lapidum et mineralium, scilicet de ablutione eorum et de adhustione et contritione ipsorum, sicut est marchasita et atramentum, et calcantum, et colcotar, et species aluminis, et species salis, et plumbum, et ferrum et es et tuchia, et scoria argenti, et scoria auri, et est de ablutione tuchie, et calcis, et de sublimatione argenti vivi, et arsenici, et de medicinis pertinentibus psilotrie, et de operatione medicinarum acutarum, et de opere zengifur. Et de preparatione istorum omnium et declaratione secundum iuvamentorum ipsorum. Secundus est de preparatione radicum plantarum, et de expressione succorum ipsarum, et qualiter extrahuntur mucillagines et cortices seminum, et medulle seminum, et de ablutione olei, et preparatione fecis eius. Et de operatione squille. Et de distillatione aque ipsius squille, et preparatione eius. Et de distillatione aque caphore et operatione amidi ex frumento et ordeo et siligine. Et de ablutione coralli et karabe, et de operatione medicinarum acutarum laxativarum sicut est scamonea, et collequintida, et ebul, et mezereon, et ca... nardi, et alcebran i. esula, et species eius. Et ad sciendum tempus quo debent colligi herbe propter reservationem. Et qualiter debent salvari que colliguntur ex radicibus et floribus, et aliis ... et similibus. Tertius liber est de preparatione medicinarum sumptarum ex animalibus. Sicut de adhustione cochlearum vel ostrearum et cornuum et solearum, et unguium, et ossium, et de adhustionibus corticum ovorum. Et de adhustione sepie. Et de adhustione sartani i. cancrorum, et scorpionum, et tyrorum et leporum, et vespertilionum, et yrundinum. Et de modo colligendi sanguinem ex animalibus vivis. Et de candidatione cere, et de confectione urine in sanguinem. Et qualiter fit gluten ex corio. Et qualiter colliguntur fella, et conservantur ad necessitatem alcohol. Et de cognitione istorum omnium que sunt bona et que non sunt bona species.

Capitulum primum de ablutione litargiri et de adhustione eius et de electione boni ex eo.

Tractatum est modus ablutionis litargiri et adhustionis ipsius et electionis boni aut bone speciei. Species litargiri multe sunt, quia quedam species eius est que fit ex plumbo et quedam que fit ex argento, et quedam species in qua est color et quedam auri que est de meliori ceteris, ita unguenta que fiunt ex litargiro tali declinant ad albedinem et sunt nobilis ... nobilitatis. Quod si litargirum fuerit nigrum et habuerit in se aliquid plumbi erit unguentum quod fit ex eo nigrum et turpe. Si ergo volueris ipsum abluere et dealbare necesse est ut eligas de quo habet colorem auri et quod sit grave et mundum quam ... et frangas ipsum in frustra quantitatis fabe et accipias quantum ex eo quod volueris, et ponas in olla ...

... nova, et proicias super ipsum aquam et ponas super ipsum de frumento bono et purgato quantitatem quandam. Et accipias de ordeo pugillum unum, et liges in panno lineo novo subtili et suspendas ligatum in orificio olle intra ipsam, et facias sub ea ignem donec crepet ordeum. Deinde suffumiges ollam absque ... et ponas id quod est in olla in vase mundo, et proicias frumentum, et fundas super litargirum ... aquam, et abluas ipsum fricando fortiter manibus et dimittas desiccari. Deinde accipe et tere ipsum et proice super aquam calidam, et agita desiccata ut prius et facias hoc desiccando et terendo, et abluendo tamdiu quousque subtilietur et dissolvatur in aqua. Deinde expecta quousque resideat et clarificetur aqua et abiece ipsam, et tere ... in die et in vesperis. Et pone super ipsum aquam ... et dimitte per horam unam et cola et facias totum ... per ... x. diebus ... Postea hoc proice super ... lib. ... et ex eo ʒ. ii. salgeme, et infunde super aquam calidam, et ... hoc fiat pone super ipsum aquam calidam et facias sicut quod fecisti prius tamdiu quousque remaneat in eo salsedinem, et postea dimitte siccari ... movendo ipsum sepe donec ... humiditas, deinde pone et serva.

Modus alius preparandi litargirum

Accipe de litargiro lib. ii. et tere bene, deinde accipe de salgemma ... lib. iii. et misce cum litargiro, et pone in olla nova et proice super ipsum tantum aque quod cooperiatur, et agita tota die mane et sero, et si aqua videbitur minui adde paulatim, et fac hoc xxx. diebus agitando ut dictum est ne coaguletur et petrificetur, et postea xxx. diebus abiece agitando paulatim. Deinde pone ipsum in mortario et tere et postea proice ... mundam, et proice super ipsum in mortario aquam et agita cum manu motione forti, et dimitte donec resideat, et abiece aquam et super infunde aliam, et facias hoc quousque salsedo tota recedat, et postea dimitte ... siccari et informa trociscos, et sine ipsos siccari, et serva in vase plumbeo.

Alius modus

Frange litargirum in frusta quantitatis fabe et pone ipsum intra stomachum agni, et fac ... dum ferveat in aqua donec stomachus coquatur. Deinde extrahe ipsum ... et ... cum eo de sale quantum sufficiat et tere et lava ut dictum est superius.

Alius modus

Et sunt qui accipiunt litargirum quantitatem libre unius et miscent cum tanto salis, et ponunt super ipsum aquam et terunt in sole et mutant aquam ... una vice ... quousque albescat.

